Quelle:
Copyright:

Etwann de jure nat. et gent. und de Officio hominis et civis in drüchen Bänden gemacht hat. Im 7ten Band auf dem 3ten Blatt seind von der Entstehung und dem Inhalt dieses Manuskripts folgende Nachrichten gegeben: Has viri clarissimi perillustris D. D. Joannis Wilhelmi Lib. Bar. de Knorr Augustiss. Carolo VI. quondam a consiliis Imperii aulicis eruditissimas Annotationes, opus omnis generis doctrina refertissimum, ipsis, in quos Scriptum est libris longe celebrius, quo Samuelem Pufendorf, famosum scriptorem Lutheranum, Ecclesiam et Imperium venenatis dogmatis et calumniis foedantem persequitur, castigat, emendat; typis hucusque non excusum, neque ob vastitatem et pretium unquam forte procudendum; plurimorum idcirco manibus avidius exscriptum; nec obscuri propterea Bibliotheca cimelii, nunc Vol. VII. pro opportunitate impetratum, in quo praecipue jus sacrorum legitimis vindicatur manibus, cum reliquis solicite comparandis. D. D. D. filii obedientissimi conventus Seitenstettensis.

Cod. XLIII.

membran. Fol. Soc. 14. 4.8.

Aristotelis Libri X Ethicorum.

Aristotelis Libri X Ethicorum idiomate latino cum annotationibus interlinearibus et in margine. Versiones horum librorum Moralium latinas plures adfert Fabr. Bibl. graeca lib. 3. p. 153.; nostra cujus sit, definire non possum. Contuli eam cum editionibus: Paris. 1634. ex interpret. Dion. Lambini; cum Romana 1473. per Conr. Schweinhaym et Arn. Panartz; et cum Veneta per Andr. de Asula 1483. atque postremo maxime conformem deprehendi. Finitur Codex noster cum transitione ad libros Politicorum Aristotelis ita: "Consideratis ergo his "forte utique magis conspiciemus et qualis politia